

K.B. 21

Vd
2637

X 268 3094

Dicitum Ratisbonæ die 30. Martii 1757.
Ex Domina misericordia et gratiæ suæ
per Moguntinum.

**DECLARATIO
REGIS
CHRISTIANISSIMI
IN COMITIIS FACTA
PER
SUUM MINISTRUM
DOMINUM BARONEM DE MACKAU.**

RATISBONAÆ,

TYPIS HENRICI GEORGII NEUBAUERI.



des Macker.

Rex Dominus meus Clementissimus bellum in Germaniā or-
tum, quod Status quosdam Imperii consideratores in oppres-
sione tam crudelissima quam maxime inaudita dētinet, alios
simili forti exponit, imò omnem eversionem Legum & Con-
stitutionum Germanicarum, Pacis Westphalicae & totius Imperii sys-
tematis minatur, absque maximo dolore perspicere non potuit.

Ad obveniendum itaque incommodis hisce præsentibus & fu-
turis, nonnulli Imperii Status consideratores, Garantiam Pacis West-
phalicae à Rege Francie & Sueciæ præstataim requisiverunt & jam
dicti Reges ad defendendum Status Imperii & conservandum Syste-
ma Germanicum, in specie vero Privilegia trium in Germaniā sta-
bilitarum Religionum, pari studio contendentes promptissima & quam
maxime efficacia media, quo obligationibus suis in causa tam gravif-
fima satisfiant, communi decreverunt consilio.

Universo igitur Rex meus declarat Imperio, se conjunctim cum
Rege Sueciæ tanquam defensores Pacis Westphalicae omnes impensuros
vires, quo ad Imperii votum, mala, qua Germaniam devastant, con-
primantur, eaque reparentur, in specie vero trium in Germaniā sta-
bilitarum religionum jura conserventur & libertas denique Germania
in Pace Westphalicâ fundata contra omnes & quoscunque qui eam
vel nunc vel in posterum infringere conantur, tuta reddatur.

Rex propterea meus simul ac Rex Sueciæ, Imperium sincer-
itatem & egregia Eorum studia ad confirmandam Imperii salutem
agniturum esse sperant, nullique dubitant, quin Electores, Principes
& Status Imperii omnes ad institutum hoc tam generosum, legitimum
& salutare sustinendum collaturi sint vires. Ratisbonæ die 14. Martii

1757.

de Mackau.

X 268 3
Ex-Dominius mense Clie
Dictatum Ratisbonæ die 20. Martii

I 7 5 7 ·
turn, dico, quoniam dico quoniam habeo.

per Moguntinum.

hoc, quod dico, dico, non quoniam credo,


quoniam credo, sed quoniam intelligo.

Intelligo enim quoniam dico, non quoniam credo.

Intelligo enim quoniam credo, non quoniam credo.

DECLARATIO REGIS CHRISTIANISSIMI COMITII FACTA PER UM MINISTRUM BARONEM DE MACKAU.

Farbkarte #13



B.I.G.

